

Franckesche Stiftungen zu Halle

Memoria Theologorum Wirtembergensium Resuscitata, h.e. Biographia Præcipvorum Virorum, qui à tempore Reformationis usque ad hanc nostram ætatem ...

Accessit Elenchus Scriptorum tum editorum, tum in Manuscriptis latentium cum
Supplementis atque Indicibus necessariis

Fischlin, Ludwig Melchior

Ulmæ, Anno M.DCC.X.

VD18 90845382

[Anshelmus Hagenloius]

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:hbz:5:1-216309

20. profecutus est Johannes Magirus, Superintendens Göppingensis. Vitam carmine descripsit Melchior Schärer, Stuttgart. Pastor Widernensis.

*Wilhelmus dormit tumulo Möglingus in isto
Vita post menses actaque lustra decem.
Audiit aetates binas hunc sacra docentem
Bietica: dein Stuttgart Metropolisque decem
Praeconem, excepitque illum tria lustra Vahinga
Qua fluit undanti purus Anisus aquam.
Sensit equos juncti novies vix Cynthia Phœbi,
Hujus dum tenuit sceptrum decora loci.
Exiit è vitâ placide; tellure quiescunt
Ossa: Sed ad Superos mens pia feciliter.*

Ex Conc. Funer. citat.

ANSHELMUS HAGENLOJUS, *Nat. 1554. ex Superintendente Ratisbonensi Cl. 1590. Præpositus Denckendorffensis & Generalis Ob. 1634.*
lis Superintendens, Zodiacum vitæ ingressus est Böblingæ d. 19. Martii, An. 1554. Patre, Viro Consulari, ejusdem nominis, Matre, Catharinâ Weileria. Eximiæ indolis indicia prodens Scholæ patriæ, A. 1568. Collegio Blabyrensi, deinceps Herren-Albensi, porro Maulbronnenensi, denique Stipendio Theologico Tubingensi insertus an. 1577. Magister Artium creatur & 1578. Repetens lectionum Astronomicarum. Triennio in Academiâ feliciter exacto 1581. Diaconia Leobergenensi admoveatur, ex quâ nondum elapsis octodecim septimanis ob Zelum & dexteritatem in Officio, Pastoratui Stuttgardiano ad D. Leonhardum & An. 1586. Decana-

U 3

cana-

canatui Lauffensi præfectus, An. 1591. Serenissimi Principis Ludovici indultu ab Imperiali Civitate Ratisbonensi in Superintendentem & Pastorem adoptatur. Cui gravissimo Muneri Septendecim annis præfuit. An. 1608. in Patriam, fatis sic ferentibus, revocatus, Decanum Waiblingensem egit usque ad annum 1628. quo Præpositura Denckendorffensis cum Superintendentiâ Generali illi fuit collata; Eo in loco bis exilium passus, nempe 1629. per Edictum Cæsaris de restitutione Monasteriorum & 1634. post cladem Nördlingensem, Eßlingam secessit, ubi etiam miseriarum finem invenit. Nuptias celebravit 1581. cum Magdalenâ, Johannis Hæßleri, Consulis Böblingensis filiâ, quâcum 54. integros annos vixit, undecim fœcundâ liberis, tribus tantummodò Patri superstitibus. Theologus erat extra controversiam solidè doctus, circumspectæ prudentiæ & intrepidi animi, qui diversis Comitibus ejus ætate habitis, coram inclyto Imperii Consessu officio suo cum laude functus est. (a) An. 1601. Colloquio Ratisbonæ instituto, non solum adfuit, verum etiam præviâ Concione præsentibus Serenissimis Principibus utriusque Religionis, Argumentum de infallibili Controversiarum Judice ex Evangelio Matth. XXII. præclarè & luculenter pertractavit, (b) Sed nec minori patientiâ insignis erat, cum & conjux infirmiori valetudine uteretur, & ipse anno ætatis climacterio maximo, visûs beneficio penitus orbaretur, quem tamen felicitis cujuspiam Ophthalmici operâ recepit, ut per 18. annos in ultimam senectutem

(a) *Gonc. Fun. p. 27.*

(b) *G. Serpilii Epitaph. Ill. Vir. p. 65.*

nectu
opti
Prog
de ca
vang
fuer
mor
bicu
quan
le s
quan
& ca
insta
Nov
Com
bias
v. 7.

E

Vale
s

A
nast
nis
ubi